

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 855

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

651

C O D I C E S

652

cretorum doctoꝝ. En Professorem Pragensem ex antiquissimis, Balbinio non memoratum, jungendum Uberto de Lampugnano, quem Vol. I. P. 2. col. 1541. vivis reddidi. Plura porro ille sua manu etiam ad Hieronymianum notavit. Ita fol. 12. ad locum Amos: Fuge in terram Iuda et comedere ibi panem et prophetabis ibi, adjectit: Nota pro me. Fol. 33. ad verba: de amaro semine literarum dulces fructus capio, sic: Ad hoc bene facit et concordat, quod alias dixi et recitavi in scolis in principio studii. Scolares meos alliciendo ad scientiam capeſſendam. Diffiniens Scientiam in genere sic dicens. Scientia est arbor nobilissima, cuius fructus sunt dulcissimi, sed etiam radix amarissima. Et qui radicis amaritudinem non gustauerit, dulcedinem fructuum non habebit. Bonsignore doctoꝝ. Fol. 69. p. 2. ad verba: Non tanta per victoriā sequitur gloria, quanta ignomina post ruinam; sic: Nota contra pepulenses (Pepoli) de bononia quondam Dominos. Fol. 92. ad verba: In eius aduentu omne bellandi studium confertur ad pacem, monetur: Nota pro Domino imperatore quando transbit in ytaliam. Quod factum a. 1354. triennio post scriptum Codicem. Atque haec ad Hieronymianum. Deinceps fol. 112. p. 2. ad verba de Augusto: et continuo germaniam aggreditur, adscriptum: Nota de boemia quod est in germania, nam germania protenditur de vngaria usque ad Renum. Fol. 129. ad Papissam delineata est ejus Figura

cum addito: iste papa fuit femina. Fol. 162. ad verba: prius eum vitam debuisse ponderasse, et singillatim ad τὸ ponderasse notatur: Istud est uerbum boemorum; nempe Wáziti. Unde concludo Supplementum hoc ad Martinum e quodam Chronico Bohemico verum esse. Demum ead. pag. ad verba de Ottocari Vidua: siuum militem nomine sauiſſum in Maritum accipiens, obſervavit Bonſignorius: Non recepit in maritum, sed in amasum potius, ut a boemis percepit et audiui. Sed ita fuit dictum (in Codice) forte propter honestatem. Ad compingendum praeclarum hunc Codicem servit utrinque Folium chartaceum dereptum e Commodis Ruralibus Petri de Crescentiis L. V. de Pomorum cultura, quod Opus lat. et ital. saepius excusum est Sec. XV. Manus Autoris aetatem adtingere videtur.

CCCXII.

Codex membraneus lat. Sec. U. 568 partim XII. partim XIII. eleganter exaratus, minioque distinctus hac Rubrica gaudet: *Incipit Epistola de VII. Gradibus Ecclesiasticis Beati Hieronimi Presbiteri ad Rusticum Narbonensem Episcopum. Obiit Hieronymus a. 420. ad sedem Narbonensem non ante an. 427. pervenisse creditur Rusticus. Igitur alia Exemplaria ad Damasum Papam, alia nemini inscripta sunt. Sed etiamsi faveret tempus, stilus egregii cetera Opusculi Hieronymianus non est. Atque istud argumentum plus valet,* quam

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 855

Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.

653

P A T R I S T I C I .

654

quam reliqua, quae legere est a-pud *Vallarsium* T. XI. Opp. *Hie-
ronymi* col. 114. ubi Opusculum ipsum inter N^os 85 comparet. At vero quam varium a *Codice*, quam contractius, quam ex eo perficiendum! Non est instituti mei, Tra-tatus integros perseguiri et elima-re; dabo tamen operam, ut pro-nuntiato fides sit. Initium est: *Suf-
ficere quidem fidei tuę arbitror ad
(quod omittunt Edita) conuersa-
tionem sanctam, quam habes in
christo ihesu ad sacerdotalis nomi-
nis (Edit. ordinis) dignitatem &c.
Mox Codex: quia et legis opera
compleuisti pro qui — implex; fe-
stinas, et existentibus, pro festi-
nanter existentibus; ordinem lo-
cumque pro doctrinæ ordinem lo-
cumque; amplius quod requiras pro
amplius quod quaeras; ac sic falsi
pro ac si falsi; sacramenta nesci-
ris pro sacramenta nescires; im-
plete festines pro implere festinans;
confusione seculari reiecta pro con-
fusione rejecta; abiectus esse homi-
nibus magis pro abiectus esse ma-
gis. Proxime a verbis: *in taberna-**

Codex

*Sciendum autem in antiquis anti-
phonariis ante natalem domini non
nisi VII. officia continuari. videlicet
vacantis dominice et V. feria-
rum atque vigilie. Unde et conti-
nuatim &c.*

Post Editorum finem: *cum V. mil-
libus hominum saturari mereamur;
alia sed aequa vetusta manu acce-
dunt III. illa Capita, quae l. cit. Cod.*

*culis peccatorum, 17. lineae Co-
dicis ab Editione absunt, et paulo
post a verbis: *Templum enim
Dei sanctum est, quod estis vos,
rursum 12. lineae, et sic non raro
deinceps, ut adeo, si unquam de
restituendo hoc Opusculo cogita-
retur, omnium loco hic Codex
consulendus foret.**

II. fol. 19. elegante Sec. XII.
manu *Incipit Romanus Ordo.* Ita
quidem: *Presbiter cum se parat
ad Missam iuxta romanam consue-
tudinem &c.* Habemus igitur *Mi-
crologum Vol. I. P. 3. a col. 2849.*
non semel relatum, atque hic in
Capita LXI. tributum, integrum
tamen, ut e contentione cum E-
ditio T. XVIII. *Bibl. PP. Luga.*
p. 472. didici, nisi, quod *Caput*
XXIII. quod ibi insignitur: *Brevis
Descriptio celebrande Missæ*, non
agnoscit, quodque re ipsa tardius
intrusum videri potest. *Textus pa-
rum variat ab Editis; notabilem
tamen reperi discrepantiam initii
C. nobis XXXII. Edit. XXXIII.
quam adpono:*

Editio

*Sciendum itaque est, quod prædi-
cia officia non sunt jejunii, sed Do-
minicæ et quinque feriarum ac vigi-
liae, unde et annuatim &c.*

*DCCLXXXIX. adhaerere dixi de
Numero Dominicarum Adventus,
et de Concambio Communionum in
Festo S. Andreæ. Capitum tam*

Elen-

Wien, Österreichische Nationalbibliothek (ÖNB), Cod. 855

Michael Denis: *Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I. Wien 1799.*

655

C O D I C E S

656

Elencho, quam Rubricis praefens Exemplar caret.

III. fol. 51. charactere minuto fortasse jam Sec. XIII. sequuntur *Commentaria in Apocalypsin* hoc initio: *Apocalipsis ihesu christi et cetera. Beatum iohannem apostolum et evangelistam hunc librum apocalipsis edisse constat. quamuis extiterint aliqui qui non ab eo. sed ab alio dixerint fuisse compositum. &c.* En altera vice *Berengaudum illum*, quem jam inter *Codices Hermeneuticos* protulimus, impressum etiam a *Maurianis* ad calcem *Operum Ambrosii T. II. Paris. 1690. col. 499. f.* Sed in Codice praesenti quasi defloratus est, multis hinc inde Incisis omisis, ut vel e conclusione patet, quae nobis talis est: *Ab inuisibilibus hostibus impugnamur. rogandus est dominus ut nos defendat. Explicit liber Apocal.* Abeat praeterea Inscriptio, Divisio in VII. *Visiones*, et illa ad calcem *Admonitio*, qua nomen Authoris eruere docemur, de qua et aliis dixi ad Exemplar supracit.

Editio

*obturato linguae sibilo.
cumulus testimoniorum.
non admittitur in totum animus.
prostratus casu.
et non solationem plague.
ut clarior ei postmodum.
quod lateret archiatrem.*

De autore nostro, cuius primus meminit Gennadius de Viris illustr. c. 24. quemque Codices et Scriptores Bacharium, Bachiani-

CCCXIII.

Codex membraneus lat. Sec. R. 74 XII. Folior. 40. 8. manu perquam nitida minutius exaratus, titulis miniatis insignitus, et, ut pag. ult. videre est, olim antiquissimi Coenobii Sancti Benedicti de padolirone mantue, I. inscribitur: Incipit Liber Sancti Bacharii De reparatione lapsi; Monachi videlicet, qui cum sacra Virgine peccaverat. Initium ejus est: Benedicto in christo fratri. omni michi fide et dilectione uenerabili ianuario. Bacharius peccator salutem. Nisi uererer beatissime frater ne inter simulatos amicos iob michi portio poneretur &c. Editum Opusculum ab Jac. Salv. Solanio Hisp. primum Antverpiae cum aliis Sixti III. Pont. 1575. dein in PP. Bibliothecas cooptatum legitur T. VI. Lugd. p. 1174. Quantum porro lectio illa e nostro Exemplo perfici posset, aliquo specimine ex ipso Libelli ingressu docebo:

Codex

*obturate lingue fistula.
tumulus testimoniorum.
non admittitur inde totus animus.
prostratus est casu.
nec consolationem plague.
ut celerior ei postmodum.
quod lateret archiatrem &c.*

*um, Bacciarium, Bachianum, Angli Baleus et Pitheus gentilem suum cognomine Macceum fece-
re, pluribus egit Lud. Ant. Mu-
rato-*